Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91

P-Z - Ettenheim-Münster 91

Richard, Jean

[S.l.], 1776

V

urn:nbn:de:bsz:31-110889

Visual Library

menta debent impellere veros fideles, nec Ecclesias istas adeò desertas, ac sapè sunt, relinquant. Jesus Christus ibi adest velut in throno Majestatis suæ et gloriæ; oportet ergo eas ingredi ad offerenda ei laudis sacrificia. Jesus Christus ibi est velut in throno misericordiæ et magnificentiæ suæ; oportet ergo eas intrare ut illum in auxilium nostrum vocemus.

Documenta moralia .... 229. 48.

Supplementum .... 241. 72.

V.
Verbum Dei.

Ipsius dignitas et utilitas: media illud audiendi cum fructu, obstacula quæ ei opponuntur; mala quæ sibi accersunt ii, qui illud audire et custodire negligunt.

Sermo Primus.

Pro Dom. 3. Quadrag. 242. 1.

Beati qui audiunt verbum et custodiunt illud. Lucæ 11.

Frustra salvari prætendimus, nisi audiamus verbum ~~verbum~~ Dei, et frustra illud audimus, nisi illud ad bonum usum convertamus.

~~Documenta moralia~~ ....

~~Supplementum~~.

Sermo secundus.

Pro Dom. Sexagesimæ 255. 21.

Qui habet aures audiendi audiat. Lucæ 8.

Inefficacitas verbi Dei provenit modò à defectu pietatis et unctionis, modò à defectu tranquillitatis et agendi rationis ab omni cupiditate alienæ.

Documenta moralia .... 268. 35.

Supplementum .... 291. 68.

Veritas.

Ipsius pulchritudo et fortitudo: cæcitas et injustitia illorum, qui eam dicere nolunt, ei resistunt, eámque odio prosequuntur.

Sermo Primus.

Pro Dom. 5. Quadrag. 293. 70.

Si veritatem dico vobis: quare non creditis mihi? Joan. 8.

Qui scit veritatem eámque reticet, ille facit injuriam; qui veritatem impugnat nec eam credit, quando profertur, ille interdum majorem adhuc infert

injuriam. In aliquibus est maligna diſsimulatio aut gelidum silentium. In aliis est obstinata repugnantia vel callidum subterfugium. Veritatem dicere quando scitur, eam credere quando auditur, sunt duo cujusvis Christiani munera: nihilominus sapè qui illam sciunt eam reticent, nec iis quibus dicitur arridet.

Sermo Secundus.

Pro fer. 4. post Dom. 4. Quadrag.

303. 84. Dixerunt ei: Nunquid et nos coeci sumus? Dixit eis Jesus: Si coeci eſsetis non haberetis peccatum, nunc autem dicitis quia videmus, peccatum vestrum manet. Joan. 9.

Nobis adulamur nos veritatem cognoscere, et tamen illam nobis occultamus; quanta coecitas! Quamprimum hac coecitate percuſsi sumus, in peccata labimur ordinariè irremiſsibilia; quantum infortunium! Qui ergo coecus eſse vult, coecus sit; homo incipit, Deus finit.

Documenta moralia.

315. 96. Supplementum.

333. 122.

Vocatio.

Obligatio eam à Deo postulandi, et in ea fideliter persistendi: Quàm magni intersit vitae statum benè eligere: media et praecautiones necessariae ad evitandam improbam status electionem.

Sermo Primus.

Pro fer. 3. post Pentecosten.

Ego sum ostium; per me si quis introierit, salvabitur; ingredietur et egredietur et pascua inveniet: fur

334. 124. non venit nisi ut furetur et mactet. Joan. 10.

Nihil est periculosius, quàm sibi ad arbitrium facere vocationem; et tamen in agendi ratione, quam plerique tenent, nihil est communius. Multum interest bonam facere electionem; ~~et [illegible]~~ omnes quae poſsibiles adhibendae sunt praecautiones ne mala fiat.

Sermo Secundus.

Pro Dom. 2. post Epiphaniam

Quaecunque dixerit vobis facite. Joan. 2.

347. 138. Sunt qui statum suum fastidientes illum mutare volunt; hi sunt homines tristis et inquietae indolis; sunt qui in suo persistentes illius munera non adimplent; hi sunt homines inconstantes et desidiosi. Sed quomodocunque demum res eveniat, quamvis ad statum, in quo sunt, rectà vocati fuerint, quomodò in eo salutem consequentur? Nempe si non habentes legitimas rationes statum illum in quo sunt, deserendi, in eo persistant. Nempe si permanentes in suo statu, in eo laborant, illiusque omnia munera obeant.

359. 149. Documenta moralia

378. 170. Supplementum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST